



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309


3. Quomodo vita aeterna differat à morte aeterna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

hominis ascenderit, quæ præparauit Deus diligentibus se &c. hoc autem trimum ex scripturis, quod ibi non erit mors, neq; dolor, neq; tristitia, neq; fames, neque sitis, neque frigus, neque calor, &cæt. Esai. 25. Apocalyps. 21. ibi erunt electi fulgentes, sicut Sol, Matthæi 13. & sicut Angeli Dei non nubentes, Matth. 22. ibi erunt variæ mansiones, Ioan. 14. Secundum quod quisque fecerit, habebit suum præmium. 1. Cor. 3. ibi nō erit Sathanas, peccatum, mors, aut infernus, nec tribulatio, sed æterna lux & claritas in vera cognitione Dei, atque æternum gaudium & felicitas. Igitur Apostolus ad Roman. 8. inquit: Non sunt condignæ passionēs huius temporis ad futuram gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Ex his omnibus agnoscimus immensam Christi gratiam & charitatem erga nos, qui, vt hæc haberemus, & æternam felicitatem, & vitam acquirere possemus, venit in mundum, & mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram, Roman. 4.

Tertio, mors æterna dicitur damnatio perpetua 34. malorum. Mors naturæ etsi interfecerit sanctos Dei, Christus tamen ipsis reddit vitam æternam, sicut Ioan. 8. Amen amen dico vobis, qui sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Et Ioan. 11. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Pœna autem damnatorū perpetua est, sicut Christus vocat ignem æternum, Matth. 25 & Matt. 3. Ioannes vocat ignem inextinguibilem, & Esai. vlt. dicitur: Vermis illorū nō morietur, id est, accusatio & terror conscientię de ira Dei: & ignis nō extinguetur. Eandemque sententiam Christus ipse Marc. 9. propè de verbo ad verbum repetit. Differunt ergo vita & mors æterna, nō in æternitate, quia ambo æterna, sed in gloria, gaudio, & felicitate, atque pœna, terrore & luctu: nam ibi erunt tenebræ exteriores, vbi est fletus & Matt. 8. 3., stridor dentium, Lucæ 13. Augustin. Sermone 109. de 22. 24. 15. 2 tempore:

tempore: Expectamus, inquit, ergò ipsam vitam æternam. adhuc enim non totum corpus accepit, caput quidem in cœlo est, id est, Christus: membra adhuc in terra sunt: nec caput solam accepturum est hæreditatem, & corpus relinquetur: totus Christus accepturus est hæreditatem, id est, vitam æternam: totus secundum hominem, id est, caput & corpus, membra autem Christi sumus: & hæreditas veniet, cum ista omnia transierunt: hoc bonum accepturi sumus quod non transibit, & hoc malum euasuri quod non transibit: quia quæ promissit Deus in futuro, æterna sunt, ut vita æterna, ignis æternus. Amen ergò quod promissit, & timeamus quod minatur. Amen. Hæc

August. 

F I
N
I S
LIBRI SECUNDI.



CA
C

16
2
3



lus ait
nullus
nimirum
mortem
debent
autem
possessio
sive hæ
strum a
linque
memor
nihil h
mus ce
in mur
quâ lo

CATE